

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ipocrisis ay  
cum fonte primo

Quid si nos hominum consuetudini ceperimus excerpere?  
Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conueniat.  
Non splendeat toga, nec sordeat quidem;  
non habeamus argentum in quo soli auri celatura descenderit,  
sed non putemus fragilitatis iudicium auro argentoque caruisse.

Ibidem (Seneca XIII. epistola).

Satis ipsum nomen philosophiae,  
etiam si modeste tractetur, inuidiosum est:  
quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere?  
Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conueniat.  
Non splendeat toga, ne sordeat quidem;  
non habeamus argentum in quod solidi auri caelatura descenderit,  
sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 5.2-3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.8, ll.10-16).